

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de  
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,  
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Qualiter officium Iudicis, & assessoris interdicatur Religiosis. §. 1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

tantes absoluunt, sed aduersus frequentantes, postquam a superiori monitione praecipuum correcti fuerint, ut constat ex illis verbis textus, per Episcopum arcatur, id est, per Episcopum monitione corrigitur, ut explicit Cardinal. & Ioan. And. ibi. Quibus innuit Pontifex ante monitionem Episcopi frequentiam dignam non esse illis penitus: sic Navarr. summ. c. 25. n. 10. Sanc. li. 6. sum. c. 16. n. 120. Suar. t. 4. de relig. tract. 8. li. 1. c. 10. n. 25. in fine.

## P V N C T V M X I I .

Qui actus iudiciales, & qualiter religiosis interdicuntur.

**A**d iudicium spectat officium iudicis, actoris, rei, procuratoris, aducati, tabellionis, & testis: singula parcurrentia sunt, ut inde constet, qui actus iudiciales, & qualiter religiosis interdicti.

## S. I.

Qualiter officium iudicis, & assessoris interdicatur religiosis.

1. Nequius religiosus esse index absque vilitate monasterij, & licentia praelati.
2. Quilibet qui vere superior est hanc licentiam concedere potest.
3. Prater licentiam adesse debet vilitas monasterij saltu in directa.
4. Religiosus Franciscanus dicta licentia concedi non potest.
5. Possunt religiosi Franciscani excepti esse vicarii Episcoporum.
6. Item iudices arbitrii.
7. Item iudices assessores.
8. Item iudices delegati Episcoporum, at Pontificis, vel eius legati sibi praelati.
9. Qui possunt esse iudices conseruatores.

**R**eligiosus forensis, & Ecclesiastici negotij index esse non potest, nisi licentia sui praelati, & vilitate monasterij interveniente: sic expressè dicitur cap. 2. Monachis. el. 2. ex Concil. Tarraconen. 16. quæst. 1. ibi: nullus monachorum forensis negoti sive elector, vel executor existat, nisi quod monasterij exposeit vilitas Abbat. sibi nihilominus impetrante Cononat. cap. ex parte de postulando, ibi, forensis, vel Ecclesiastici negotij. At ex omnibus qui ad iudicium concurrent, nullus tamen forensis elector est, ac index. Ergo religiosus index esse non potest: sic tradunt in dicto cap. ex parte Hosties. Ioan. And. Abbas, Anton. Cardin. Ancharen. quo sequitur Sanc. li. 6. sum. c. 12. n. 55. & 85. Ratio huius prohibitionis est quia statutum religiosum iudiciale dedit, quippe que auocante mentem ab spiritualibus exercitiis, quibus religiosus vacare debet. Concessa vero licentia praelati, & vilitate monasterij interveniente reparatur distractio, quae ex supradicta occupatione prouentre religioso potest.

2. Hanc licentiam concedere potest non solum Generalis prelates, & provincialis, sed localis, quia vere est superior, & textus supradicti solam Abbatem qui solet esse superior locatis, licentiam expostulare: sic alii relatis docet Sanc. lib. 6. sum. c. 11. n. 8. Excipe tamen, nisi generalis superior, vel provincialis sibi cum facultatem referens, ut in Societate Iesu 6. p. constitut. cap. 3. & 7. in declarat. lit. D. Preposito Generali referenda est: ac proinde nullus superior, qui ab eo potestare non accepit, nec dare priuato religioso facultatem iudicandi, nec sibi sumere potest.

3. Ultra licentiam adesse debet vilitas monasterij quæ sufficit indicata: qualis est, si monasterio prudenter iudicetur grauerit expedire annuere voluntati concedentis facultatem iudicandi, vel partes iudicandas gratias habete ex tali iudicio: si enim pro sola vilitate directe monasterij considente in propriis rebus, & iuribus petendis vel defendendis officium iudicis suscipi posset, non tam ex vilitate, quam necessitate sufficietur: cum necessarium, & obligatorium sit religiosis iura sua defendere, & in iudicio petere, quando alia via haberi, vel confermari non possunt: vt probat textus in cap. 1. & fin. de postulando. Ergo vilitas indirecta sufficit ad hoc officium exercendum: sic Abbas dicto cap. ex parte de Postulando, Navarr. comm. 2. de Regular. n. 66. Salzedo præf. ca. 63 post princ. Sanch. alios referens lib. 6. cap. 13. n. 17. Laym. lib. 4. Jum. tract. 5. cap. 11. num. 2.

4. A supradicta regula, & doctrina excipiuntur religiosi Franciscani, quibus ob eorum speciale institutum prohibita est qualibet in iure assistitia vii constat ex Clem. ex iuri de pa-

radiso, de corvorum signis post medium ibi: Nullo modo debet hitulmodi voti voti, & reguli professores se talibus curis & religiosis actibus immiscere: & paulo infra: cum dicti & nisi professores pro nulla te temporali possint in iudicio experiri. Quapropter nec superioris licentia, & vilitate conuentu accedente officium iudicis hi religiosi valent fulciperi: & tradit Sanc. li. 6. c. 13. n. 11. 65. 66. 81. 94. & alibi.

Hinc deducitur, quolibet Religiosos (exceptis Franciscanis) esse possile vicarios Episcopi ex licentiis suorum prælatorum: quia in eo officio sumendo vilitatis monasterij cernuntur non leuis, qualis est Episcopum habere proprium: & ita tener Nauarr. com. 2. de Regularib. ad finem, v. 1. addita 15. & comm. 4. n. 15. & lib. 3. conf. 1. it. de Regularib. conf. 67. alia 74. n. 1. Man. Rodi. t. 5. quæst. Regularium q. 16. art. v. lib. 7. sum. c. 13. n. 88. Barbol. alleg. 54. n. 11. & alij plures apud ipsos. Quod illimitandum est, ne procedat in Religiosis mendicantibus transiuncibus ad non mendicantes, nam iij ab hoc officio excluduntur. Argumentum sexus in Clement. 1. §. ad prioratum de Regul. Sanc. dicto 6. 13. n. 88.

6. Secundum deducitur, quemlibet Religiosum (exceptis Franciscanis) eligi posse in iudicem arbitrum, accedente tamen licentia Praelati, & monasterij vilitate, secus è contraquia est quia iudex ex consilio partium iurisdictione accepta: sic pluribus firmat Sanc. lib. 6. sum. c. 13. n. 55. Layman. lib. 4. sum. tract. 5. c. 11. n. 6. Arbitrator tamen non potest etiam Franciscanus ex licentia Praelati; tametsi nulla specialis monasterij cernatur vilitatis quia in artibus extra iudicibus, quale est officium arbitratoris nulli expostulatur, sed sufficiens generalis vilitas exercendi pictet: sic Sanc. & Layman. p. 1. Dicte etiam Franciscanis, quia haec compotio, & diffidencium conciliatorio, cum sit ab aliis iudicis strepitu alienum est à Franciscano instituto, ut bene alius relatis firmat Sanc. dicto 6. 13. n. 66. Different autem arbitri, & arbitrator, quod ille confititur a patribus, ut secundum iuris ordinem procedat: Arbitrator vero, ut procedat tanquam amicabilis compositior. Quapropter hic potest pro bono pacis de iure viuis alteri applicare, secus arbitri colligunt ex leg. si Scientiam §. arbitrorum ff. pro focio & leg. regia 23. tit. 4. pars. 3. & tradunt omnes.

7. Terciù deducitur Religiosum quemlibet (Franciscano excepto) quia posse iudicis assessorem ex licentia Praelati, & vilitate monasterij interveniente, quia vere est spectus iudicium. Nam esto assessor iurisdictione non habeat, neque sententiam ferat: ordinat tamen illam, illique subscribit, & fixta illius subscriptum iudex procedit. Adde ergo debet licentia Praelati, & vilitas monasterij Sanc. li. sum. c. 13. n. 83.

8. Quartù deducitur, quid dicendum de iudice delegato. Et quidem si sit delegatus ab Episcopo, vel alicui extra Pontificem, eiusque legatum, poterit esse quilibet Religiosus franciscanus excepto) stante Praelati licentia, & vilitate monasterij: quia nullus est prohibitum, secus aliquam ex his conditionibus deficiente, quia vero est index, iudiciumque exercitatio alii relatis Sanc. lib. 6. sum. cap. 13. n. 77. delegatus Pontificis, vel eius legati solus superior, qui dignitatem cum administratione habet, est potest, qualis est qui in eo Comentum nullum alium superiore habet: sic deciditur in cap. statuum de re script. in 6. & in Clement. 2. in fine de re script. Neque in hac delegatione assumenda indiget superior alterius superioris licentia iure communis spectato: quia vere est superior, neque item alia proprii monasterij vilitate ab ea, quae relata ex acceptatione Pontificis re scripti, quae est gratum habet Pontificis eius re scripta exequendo: sic Gloss. in Clement. 2. de re script. verbo per electionem, Abbas, Cardinal. Ancharen. & Inmolli. ibi. Sylvest. verbo delegatus 1. 2. num. 3. & verbo deleg. 6. quæst. 1. n. 1. Sanc. lib. 6. sum. cap. 13. n. 78. Layman. lib. 4. sum. tract. 5. c. 11. n. 7.

9. Quintù deducitur, quid dicendum sit de iudice conseruatori, quia a Pontifice designatur pro defensione misericordium personarum, puta viduarum, pupillorum, senum, decapitorum, & Religiosorum? Respondeo, statu quo iure communium nullum Religiosum esse posse, qui dignitatem in Ecclesia Cathedrali habet: quia ita cauerit in cap. ultim. de officio deleg. lib. 6. limitans textum in dicto cap. statuum: illo enim cap. statutum conseruatori esse non posse, nisi Episcopos, aut eorum superiores, vel Abates, seu dignitatis, vel personas in Ecclesiis Cathedralibus, seu collegiis obrimentis: sic Man. Rodrig. t. 1. quæst. regularium q. 65. art. 2. Mirand. Manual. Prael. tom. 2. q. 47. art. 2. Molin. tom. 6. de inst. dij. p. 2. num. 3. Barbol. alleg. 106. n. 8. Dixi spectato iure communium si specialia priuilegia Societatis Iesu spectentur, quilibet superior regularis eligi potest in iudicem conseruatori, ut constat ex Bulla Gregor. X III. edita anno 1572. cuius memini Man. Rodrig. t. 1. quæst. Regul. q. 65. art. 3. Sanc. lib. 6. sum. cap. 13. n. 79. Sed quidquid sit de his priuilegiis, & de decisione cap. fin. de officio delegati in 6. standum est constitutione Clem. VIII. edita anno 1592. & constitutione Gregor. X V. edita

anno 1621. quarum tenorem refert Barbosa *alleg.* 106. *in fine*  
à n. 53. quibus caeteris nullum alium conseruatorum eligi  
possit à Regularibus, nisi qui qualitates habeat *in dicto cap.*  
*statuum* praescribas, designatusque index sit in Synodo Pro-  
vinciali, vel diocesana. Et ob hanc causam querente Archie-  
piscopo Turriano; an regulares vnius Conuentus, monaste-  
rij, vel domus aliquem Priorem, seu Guardianum, vel quam-  
uis alius dignitate regulari fulgentem in suum conseruatorum eligeat, vel depature possint? Sacra Cardinalium Congregatio respondit 6. Octob. anno 1617. non posse, teste  
Barboli. *alleg.* 102. *num. 15.*

## §. II.

Qualiter Religioso prohibitum est esse actorem,  
reum in iudicio.

## S V M M A R I V M.

1. *In causis ciuilibus nullus Religiosus esse potest nomine proprio actor, vel reum in iudicio.*
2. *In causis criminalibus intentare actionem Religiosus non potest, nisi de licentia falso presumpta superiori.*
3. *Pro iniuria monacho facta non competit eius patri, aut filii actio iniuriarum.*
4. *Expenduntur varia limitationes dicta regule.*
5. *Quoties permittitur Religioso agere, potest procuratorem eligere.*
6. *In supradictis casibus debet monasterium expensas suppeditare si non habeat Religiosus peculium.*
7. *Item superiori accusato, vel denunciato expensa administranda sunt.*
8. *Idem est cum superior inquirit de defectibus subditorum.*

**R**egula certissima est, nullum Religiosum esse posse actorem, vel reum iudicio in causis ciuilibus. Quia cum omnia sua bona, iura, & actiones in monasterio transfluerit, non ipse, sed monasterium petere, vel respondere debet. Nauarr. *comm.* 2. *de Regularib.* *numer.* 64. Sanch. *lib.* 6. *summ.* *cap.* 12. *num.* 1. Layman. *lib.* 4. *summ.* *tract.* 5. *cap.* 11. *in-*  
*tio*, & omnes Doctores *e.cum delicta*, *de re script.* & *authent.*  
*causa qua sit cum monacho.* Cod. *de Episcop.* & *cleric.* Quod adeo verum est, ut etiam de contractu in facultate initio nec conuenire, nec conueniri possit; quia ipse nihil haberet, sed monasterium, vel illius Procurator conuenire, & conuenisi debet; non tamen conuenienter est ultra bona à monacho accepta. Sic Felin. cum Layman de sentent. & re iudicata. Gregor. Lopez *leg. regia.* 10. *tit.* 2. *part.* 1. Nauarr. *comm.* 2. *de Regularib.* *numer.* 67. Azor. *tom. 1. in istis moral.* *lib.* 11. *c. 11. q. 12.* Ex contractu tamen post professionem initio absque superiores licentia monasteriorum conueniri non potest, nisi quatenus inde locupletius factum fuerit, ut bene aduerit Sanchez *lib.* 6. *summ.* *cap.* 12. *num.* 2. Quia sibi imputare debet qui cum incapacit contraxit.

2. In causis vero criminalibus intentare Religiosus actionem non potest, nisi de licentia falso presumpta sui superioris, que confitetur concessa superiori abiente, nec procuratorem relinquentem. Sic Nauarr. *comm.* 2. *de Regularib.* *n. 29.* & 64. Gregor. Lopez *leg. 10. tit. 9. part. 6.* Zabellos *qua-*  
*commun.* *quaest.* 446. *numer.* 14. Sanchez *alii relat.* *cap.* 12. *n. 5.* Ratio est manifesta; quia monachus sui iuris non est, sed Religionis; ac proinde non ipse, sed Religio actionem iniuriarum intentare debet, iuxta *leg. lib. 11. vnius 8. ait prae toris de iniuria.* Quapropter remissio iniuriarum monacho facta, non monacho, sed Religioni competet, eamque facere potest etiam monacho initio, ut bene probat Nauarr. *dicto comm.* 2. *de Regularib.* *numer.* 64. Sanch. *dicto cap.* 12. *à numer.* 6. Verum si monachus deliquerit, non Religio, sed ipse conueniendus est; quia ex delicto monachus non obligatur Religio; sicut si dominus ex delicto ferui, *leg. penit.* *Cod. de noxalib.* & tradit Felin. *cap. cum Layman.* à n. 10. *de sentent.* & *re iudic.* Sanchez *cap.* 12. *n. 3.*

3. Ex his deducitur monacho vulnerato, vel interfecto non eius patri, aut filius in facultate relitti, sed monasterio actionem iniuriarum competere. Quia non ipsi à quibus per professionem separatis erat, sed monasterio, cui erat vnius & incorporationis, factio facta est. Sic Tapia auth. *ingressi*, *de Sacro Ecles.* *t. 13. n. 46.* Farinac. *praxi t. 1. qu. 13. n. 26.* Manual. *tom.* 2. *quaest. regular.* *quaest.* 42. *art.* 3. Sanch. *lib.* 6. *summ.* *cap.* 12. *num.* 40. *cum precedenti*, ob candem rationem, si monachus patet, vel filius in facultate relitti vulnerari, interfectique facti, non monacho, nec ratione illius monasterio actione iniuriarum competit; quia cum monachus tanquam mortuus reputatur, non ipsi caeleretur iniuria facta, cuius actionem monasterium intentare possit. Farinac. *quaest.* 1. *num.* 26. Quod si haec vulneratio; vel interfectio patris vel filii ante professio- nem monachi configit, cum monacho tunc competit actione

Ferd. à Castro *Summ.* *Mor.* *Part.* III.

iniuriarum, non est dubium monasterio succedenti in reliqua monachi bona eam actionem competrere, sicuti bene notauit Sanch. *dicto cap.* 12. *n. 38.*

4. Aliquas tamen exceptions praedicta regula patitur, quibus Religiosus, actor, & reus esse potest tam in ciuilibus, quam in criminalibus abisque sui Praelati licentia: ex licentia tamen à iure conceffa. Primo si Religiosus beneficium habeat saltem manuale, quia eo tempore liberam habet beneficij administrationem, & sui iuris esse reparatur; Ac proinde tam in ciuilibus, tunc in criminalibus conuenire, & conueniunt potest, vii docet alius relatis Nauarr. *comm.* 2. *de Regularib.* *n. 64.* Sanch. *cap.* 12. *n. 17.* Layman. *cap.* 11. *n. 1.* Secundo si ex licentia Praelati sit in studio litterarum, vel in alio negotio, agret, conueniunt potest pro contractibus occasione studij, vel negotij celebratur. Itenque pro iniuria eo tempore accepta. Tercie enim Praelatus ad hæc omnia virtute necessariò consequens licentiam conceffit, cum Religiosum extra monasterium, & à se absente stare permitti: Sic Nauarr. *comm.* 2. *de Regularib.* *n. 29.* & 65. Azor. *1. part. in istis moral.* *lib.* 12. *cap.* 11. *q. 9.* Sanch. *lib.* 6. *c. 12. n. 14.* Tertio si superior absens sit, praesumatur Religiosus licentiam conceffirum, potest agere, & respondere; quia iam agit, & respondeat ex presumpta licentia Nauarr. Azor. Sanch. Layman *suprà* Quartò agere potest pro conseruacione iuris sibi ex professione competentis, quale esse non in iure est Religionis expellatur, neve alimenta communia degenerat, neve praemineatur ferendi suffragium, sedendi in choro, & similes auferantur, ne beneficio saeculari, perpetuo, immo nec manuali ex vindicta, malove animo potuerit. Quia horum defensio iure naturali est concessa, cui Religiosus non confitetur per professionem renunciare; præcipue cum haec defensio sit aduersus Praelatum iniuriarum inferens, à quo si percedat effici venia, indefensus Religiosus inanescet; quippe licentiam Praelatus non concederet, ne factum eius emendaretur: Sic Nauarr. *comm.* 2. *de Regularib.* *n. 64.* Azor. *tom. 1. in istis moral.* *lib.* 12. *c. 11. q. 9.* Sanch. *lib.* 6. *c. 12. n. 16.* Quintò ob candem rationem, si intentando effici lis circa professionis valorem, potest agere abisque licentia Abbatis, cum aduersus illum pro iure libertatis in hac causa procedat. Sanch. *c. 12. n. 4.* Sexto acculata potest Abbatem ob delictum commissum, si expedite iudicauerit; quia in ea accusatione utilitatem monasterij gerit, cui maximè interest probum habere Praelatum: habetur expresse *cap. ex parte de accusationib.* neque ad hanc accusationem indigne licentia, vel venia Abbatis acculata. Tum quia à iure haec licentia conceditur *dicto ex parte.* Tum quia non expediebat eam licentiam ab accusata petere, à quo non erat concedenda. Sic Sanch. *dicto lib.* 6. *c. 12. n. 18.* & 19. Layman. *lib.* 4. *summ.* *tract.* 5. *c. 11. n. 1.* Alium autem præter Abbatem nequit Religiosus acculare, vt traditur *dicto cap. ex parte de accusationib.* nisi licentia superioris, & utilitas monasterij accedit, ita enim conditionibus positis utique acculata potest: Sic Glossa *dicto cap. ex parte*, & ibi Abbas *numer.* 6. Felin. *n. 2.* Hofiens. *numer.* 1. Farinac. *praxi t. 1. de accusat.* *qu. 3. num.* 24. Sanchez *cap.* 12. *num.* 19. 27. & sequent. Idem quod dictum est de accusatione, dicendum est de denunciatione judiciali, quia haec accusationem imitatur, secus de denunciatione fraterna, & charitativa tendente ad solam fratris correctionem, quam quilibet Religiosus de quoconque alio facere potest iuxta preceptum Christi, *Matth.* 18. Si te non audierit, dic Ecclesiæ, sic Giosa, Felin, & Sanchez *locis allegatis.*

5. Aduertere tamen debet, posse Religiosum eligere Procuratorem, vt in iudicio compareat abique villa Abbatis licentia, quibus abisque illa ipse vel agendo, vel se defendendo iudicio staret potest. Quia quippe potest præfatur per seipsum, & fortiori poterit per alium. Sic Glossa Clement. Religiosus de Procuratoribus verbo *confidit*, Nauarr. *com.* 2. *numer.* 27. *de Regularib.* Sanch. plures referens *lib.* 6. *cap.* 12. *numer.* 32. vbi opinè additum in hoc capitulo formandum est libellum nomine Religiosi, & in eius personam sententia condemnatoria publicanda, si forte Religiosus condemnandus esset. Idemque est in 4. & 5. capitulo.

6. Sed inquires; an monasterium debeat expensas ad lites in predictis causibus Religiosos suppeditare? Respondere debet, si Religiosus peculium non habeat. Et quidem quando acculat Abbatem, vel ex licentia illius aliquem fratrem, cuius accusatio in monasterio utilitatem cedit, ferè omnes Doctores affirmant expensas à monasterio ministrandas esse; quia eius negotium geritur: Sic Glossa *dicto cap. ex parte de accusationib.* *in fine*, Abbas *n. 9.* Felin. *n. 4.* Hentiquez. *n. 6.* Sanchez *cap.* 12. *n. 10.* Layman. *cap.* 11. *n. 1.* At quando propriam causam defendit, non sic apud Doctores receptum est. Nihilominus tamen ut probabilis est tenendum esse expensas à monasterio concedendas; tum ne Religiosus indefensus maneat, tunc quia in monasterio utilitatem cedit saltem indirecta, ne Religiosum coactum habeat, neve eius iusta laesa, & irreparata. Tum denique quia iniurias effici facultas se defendendi, si media quibus se defendere potest, non suppeditantur;

V colligitur